

2671

C O D I C E S

2672

Silvius) nomine pro archiepiscopo Pragen. (videlicet confirmando Joh. Rokyczana). Hoc tempore viguit maxima pars communione calicis et fuerunt legati IIII^{or} magistris Vniuersitatis Pragen. et duo Nobilissimi viri procopius de Rabsteyn Cancellarius Regis Et secundus kostka Gjndrich. (Pelzelio in Hist. Boh. Zdenko) Hoc anno maxima strages facta est a saracenis in christianos in ungarya specialiter circa Bielobrad. (Belgradum) Huic Notae subiecit Possessor: Perlegit wenceslaus Rossius ista in anno 1542. tempore regis Ferdinandi hispani. In quo Anno maxima Bella fuerunt contra Saracenos in ungarya, tempore estatis in wlasim plebanus, quando Saraceni terciam partem debellauerunt Vngarie. Ad fol. item 79. sequentia adnotavit: Ferdinandus princeps Hispanus Rex Boemie Conuocationem particularem fecit fieri utriusque Speciei fideles, Aduersarios eciam, et illud nulla causa erat, sed multum Augmentum fecit deus his qui sunt christi sub utraque specie. Quia multi generosi et milites in unum astricti sunt et fideles facti promittentes legi Jesu christi omnem Obedientiam Reuerentiam honoremque Sacerdotibus &c. Dominica prima post Sanctam Trinitatem. Aliud boni nil factum est. Hoc de Tempore Siliginis corus prage erat magis quam pro II Sexagenis nñ. Avena pro XL gross. nñ. Ordeum pro I Sexag. nñ. Triticum ut siliginis. Pisa pro LXXXV gross. 1531.

II. fol. 321. manu, ut videtur, Sec. XIV. Commentarius in L. I. Decretal. Gregorii IX. initio et fine truncatus; non enim habet initium Proemii, et in expositione verborum C. 1. Qui sua omnipotenti virtute &c. deficit.

III. fol. 374. p. 2. Casus Episcopales et Papales hoc ingressu: Sciendum breuiter pro quibus culpis seu casibus &c.

DCCV.

Codex chartaceus lat. Sec. 76^a XV. Folior. 244. 8. non una manu currente scriptus Sermones sacros in Anni Dominicas continet, ducto a Die Paschatis initio, hoc modo: Non habeo panes laycos ad manum sed tantum panem sanctum &c. I. Reg. 21. Verba ista dixit achimelech sacerdos legalis ad dauidem &c. In Dominicam XXIV. est ultimus Sermonum, qui cum glossis Bobemicis passim resperfi sint, tuto ad Bibliothecam Wenc. Rossii saepenumero jam a nobis defloratam referentur.

DCCVI — XXIII.

Codices chartacei lat. boh. 594 germ. 4. e Schedis ut plurimum 611 Sec. XVI. varia manu scriptis congesti, numero XVIII. olim ad Wenceslaum Rossium Pressorouinum Sacerdotem Bobemum, de quo saepius facta mentio, pertinentes praeter Sermones, Sermorum Themata, aliaque Collectanea Homiletica vix quidquam recensione dignum offerunt, ideoque

2673

H O M I L E T I C I.

2674

que hic in globo indicantur. Quaedam tamen ex iis delibare visum est. *Codicem* (595) ordiuntur pia *Precationes* Pfalmis, Hymnisque permixtae ad Deum et Coelites nitide exaratae. A fol. 71. habentur *Traſtutus* *Bonaventure de Contemplatione Sacramenti Corporis Christi* et quidam e *Sermionibus Bernardi in Cantica*. Cod. (597) fol. 80. legitur Elenchus Vocabulorum latinorum bohemicæ redditorum inſcriptus: *Vocabula poſt magiſtrum Rokycanum pie memorie*. Cod. (598) fol. 163. elegans *Hymnus* Bohemicus notulis muſicis impoſitus de Creatione, Lapsu et Reparatione Hominiſ, qui incipit: *Hospodine wſſemobuczy* &c. Cod. (600) fol. 61. p. 2. incipiunt variae *Formulae Contractuum* lingua bohémica. Cod. (601) fol. 104. Collectio *Formularum* in Foro Iudiciali Regni *Hungariae* olim uſitatarum capite truncata, quae duabus *Partibus* conſtituiſſe videtur. Membreum primum mutilum finit: *Et ſic de formis proclamatorijs acta ſufficiant*. Sequitur Titulus: *Secuntur traſtutus quando iudicia per homines Iudicis Curie Regie vel domini Palatini uel conuentuum et Iudicium* (Iudicum Nobiliũ) *iuxta huius Regni conſuetudinem exigi ſolent a conuiſtis*. Deinceps *Forma Relatoria* dependens ad eandem materiam quintuplex. *Forme quotacionis*. *De formis duellandi*. *De formis compoſicionalibus*. *Forme omiſſionales* &c. Nihil de hac Collectione, in qua *Elifabetta* et *Sigismundus* memorantur, apud Ver-

böczium, aut in *Corpore Iuris Hung.* An ad *Matthiae* Regis tempora, Doctoresque ex *Italia* vocatos pertineat, qui teſte Cl. *Ign. Stepb. Horváth Biblioth. ICTor. Hung. T. I. p. 74.* coeperunt formulas praefcribere, quibus eſſet petendum, quibus reſpondendum atque excipiendum &c. diſpiciant veteris Iuris Hungarici periti. Incuria Eorum, qui haec 18. Volumina compingenda dedere, folia bina ad praefentem *Formularum Συλλογην* pertinentia habentur Cod. (599) p. 52. Cod. (604) p. 1. occurrit *Georgii Trniczy de Trnicze* Epinicion Slavobohemicum, quo deſcribuntur Ludi equeſtres a. 1562. a *Ferdinando* Archid. *Pragae* in adventu *Maximiliani* Regis Boh. et *Caroli* Archid. feria 4. ante feſtum Purificationis et Dom. Quinquageſimae inſtituti, *Carolo* Archid. primum victoriae praemium obtinente, ſecundum vero ejus Adverſario Equite *Joan. Dieſkone Cbynſky de Wchynicz et Woparma*. Cod. (605) p. 13. Diſſertatio: *Vtrum ſacerdos ſimplex articulo mortis imminente abſ diuine legis violacione perſonas habiles poſſit in ſacerdotes ordinare*. Autor non contentus id aſſerere, Episcopum etiam a Sacerdotibus ſimplicibus conſecrari poſſe contendit. *Roffi* poſſeſſoris manu praefixum eſt nomen *Magiſtri Jacobelli*, qui ad has Aſſertiones fortassis inductus eſt a difficultate inveniendi Episcopum, qui ſuae factionis hominibus ſacros Ordines conferre vellet. P. 73. principio mutila ſequitur *Epistoſa Maximil.*

2675

CODICES

2676

ximil. Transylvani, qui *Carolo V. Imp.* a Secretis fuit, ad *Matth. Langium* Card. Archiep. *Salisburg.* data *Vallisoleti 24. Octobr.* 1522. de *Navigatione Ferd. Magellanis*, quae extat etiam typis *Rom. F. Minitii Calvi* in 4. et *Basileensibus. Cod.* (608) p. 216. habetur *Portio Sermonum* affectorum, cui *Roffii* Possessoris manus praemittit: *Dicunt hos Sermones esse compilatos a Beato Johannebus in Kralowecz Kastro Tempore regis wenceslai. Cod.* (609) p. 162. invenias brevem *Tractatum bohemicum de Cura Fringillarum*, cujus Autor praecipuus dicitur *D. Zdenko de Malowecz.*

DCCXXIV.

845 Codex chartaceus lat. Sec. XVI. Folior. 272. 8. minutissime exaratus Sacros Sermones comprehendit, habitos potissimum Diebus Dominicis et Ferialibus, quamvis etiam quidam in Commemoratione SS. puta *Leopoldi, Barbarae, Nicolai* &c. dicti sint. Initium ducitur a *Dominica Septuagesimae*. Quibusdam Sermonibus Orator locum praefixit, quo ad *Populum* dixit. Ita: *In Laybaco Anno 1498. In Sbacz* (Tyroleos) 1496. *In Gottbico* bis, videlicet *die b. Altmanni* et *die S. Martini*. In *Rossacz* et in *Armstarff* seu *Arnsdorf*, quae loca sunt inferioris *Austriae*. Pars *Sermonum* adumbrata est tantum, non item elaborata.

DCCXXV.

Codex chartaceus lat. Sec. 178 XV. Folior. 221. f. currente calamo partim lineis longis, partim per duas columnas scriptus frequentia complectitur: I. *Enarrationes Epistolarum diebus Dominicis in Ecclesia legi solitarum a Dominica I. Adventus usque ad Dom. XXIV. post Pentecosten.* Interpretatio *bobemica* verbis sacri Textus plerumque superscripta, si non auctoris, possessoris faltem patriam prodit, qui etiam inferius nominabitur.

II. fol. 146. sequuntur *Sermones II. de Corpore Christi* et de *S. Vito*, quibus adjectum in calce nomen *Rossa* probat, Codicem hunc olim ad *Sacerdotem illum Wenceslaum Chrudimensem* pertinuisse, cujus jam toties mentio facta est.

III. fol. 154. Explicatio quarundam vocum difficiliorum, quae in *Evangeliiis* et *Epistolis* occurrunt, a secunda manu inscripta: *Vocabularius utilis pro quolibet Sacerdote*. Incipit ab expositione vocum *Osana, Edictum, Diversorium, Libertini* &c. non levi argumento ruditatis illorum temporum.

IV. fol. 172. p. 2. rubro Incipit *glosa super cantica canticorum Orosij*. Initium est: *Postquam a paradisi gaudijs expulsus est genus humanum* &c. *Glosa ipsa incipit: Angelos ad eam dominus, patriarchas ad illam et prophetas miserat* &c. *Commentarium in Cantica Orosio* tributum a *Tribemio Eru-*